



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summæ Card. Toleti

Minucius, Genesisius

Sammieli, 1613

De iuramenti dispensat. c. 23.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41701

quid eueniat propter quod sit melius non adimplere iuramentum quam illud adimplere.

De Iuramenti dispensatione.

Cap. 23.

Superiorū est in eo quod superiores sunt, iuramenta dispensare, vnde pater dispensat iuramenta filiorum, maritus vxoris, Abbas Monachorum, Episcopus & Papa respectu cleri & rerum Ecclesiasticarum, vt si quis iurasset se daturum alteri beneficium, Papa potest in omnibus iuramentis quæ non sunt contra tertii alicuius utilitatem dispensare ex causa, quamuis possit etiam in illis, in pœnâ, vel quando fuerunt ex metu extorta. Episcopus in illis tantū, in quibus si essent vota posset dispensare in voto, & ideo nō potest relaxare iuramentum Religio-

nis castitatis, peregrinationis ad
 limina Petri & Pauli ad sanctum
 Iacobum de Compostella, & Hieru-
 rusalem, præterea ipsemet qui iu-
 ravit potest suum iuramentum in
 aliquod apertè melius commutare,
 quando iuramentum non erat
 in alicuius tertii utilitatem. Con-
 fessarius autem potest absoluerè à
 peccatis contra iuramenta factis,
 non autem à iuramenti facti obli-
 gatione sine priuilegio aliquo.

DE TERTIO Decalogi Præcepto.

Memento vt diem Sabbathi san-
 ctifices. Cap. 24.

Sabbathum hebraicè, idem
 est quod latinè, quies, quia eo
 die filii quidem Israel olim,
 nunc verò dominica ac cæteris